



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christ. Francisci Paullini, Ferrariâ-Thuringi, Rerum Et
Antiquitatum Germanicarum Syntagma**

Paullini, Christian Franz

Francofvrti ad Moenvm, 1698

XLIX. Marchvvertus II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44860

cavetant antea, ibi etiam cæsi sunt iusto Dei iudicio. Cùm verò ex simplicitate, & ob molem negotiorum curarumque, ultra annum in petitione confirmationis suæ negligens fuisset, postea à Papa accipere non potuit. Invisus idèò Fratibus, libertatem ei dabant, aut resignare, aut ipsis ex voto & usu opitulari. At cùm neutrum posset, scribunt Romam. Sic ille cogebatur Tutorem suscipere *Wernerum Maguntinum* AD. MCCLXXII. At quid inde? nulla salus. Et ipse *Wernerus* per biennium tantùm præfuit.

XLVIII. BERTHOLDUS IV.

XLVIII.

Berthold.

IV.

E familia de *Bymbach* in Buchonia, Decanus antea Ecclesiæ *Fuldensis* & Præpositus *S. Petri*, confirmatur à *Gregorio X.* in Synodo *Lugdunensi* AD. MCCLXXIV. Acerrimè persecutus est latrones, eorumque specus & receptacula disjecit, Hannam scilicet castrum, quod per aliquot dies obledit, *Mackenzell*, *Altenburg*, *Mansbach*, inferius *Bymbach* &c. Pro exstruktionem & innovationem basilicæ multa acquisivit, vicinis & exteris gratus, cunprimis *Bertholdo*, *Würceburgensi* Episcopo. AD. MCCLXXXI. Prælaturæ VIII. Ecclesiam suam *Rudolpho* Regi tradidit, Præposituram *S. Petri* tetinuit. Rex autem Ecclesiam *Fuldensem* commisit *Eberhardo*, Comiti de *Carzenbogen*, qui substitutum sibi fecit *Bertholdum* de *Lybspurg*. Inde autem ruina Monasterii & cuncta mala.

XLIX. MARCWARTUS II.

XLIX.

*Marc-**wartus*

Dominus erat de *Byckenbach*, Decanus & Professor *Fuldensis*, filii instar amatus & educatus à *Bertholdo*, succedit AD. MCCLXXXVI. Sequentem consecratur à *Papenbergensi* Episcopo. Eodem anno templum *S. Bonifacii* unà cum Monasterio totum conflagravit cum maximo damno. *Marcwartus* verò strenuè reparavit utrumque magnis sumptibus: acquirit sibi opidum *Nithartshusen* & castrum *Vyschberg*. In medio boni regiminis cursu veneno perit. Diabolica vetula dedit ei novas chirothecas veneno illitas, quas cùm imprudenter indueret, moritur AD. MCCLXXXVII. Prælaturæ III. quò antea propter habitum monachalem, quem non adèò coluit, turpiter in confusionem datus est. (d)

L. HENRICUS V.

L. Henric. V.

Comes de *Wilnavv* apud quatuor Imperatores in magna auctoritate, apud *Rodolphum*, *Adolphum*, *Albertum* & *Henricum* de *Lützelburg*, in quorum legationibus & curiis multum fuit, etiam in bello *Rodolphi* Imperatoris, quod in *Sequanos* susceperat, cum XL. equitibus præstò erat per quatuor annos. Postea sequitur *Adolphum* Imperatorem de *Nassavv*, propinquum suum, de quo spem formaverat sibi, hoc posse esse usui
Mona-

(d) Brovver. L. II. c. 16. p. 171.